



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

7. An in bonis constante matrimonio quaesitis, & in fundo dotali census
constitui à marito, vel ab eisdem simul possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

& illius successoribus repelli poterit à solutione census
vtpote illegitimè, & contra iuris ordiæm empti.

§. VI.

Qualiter in superficie, usufructu, usu, & habita-
tione, seu iuribus, bonisque communibus
census reservari, consignarive possit

- 1 Quoad superficiarium distinctione respondetur.
- 2 Dominus soli nequit censum constituere.
- 3 Usufructuarius potest in usufructu non formali, sed mate-
riali.
- 4 Dominus usufructus nequit.
- 5 In usu non constituitur census.
- 6 Bene super habitatione.
- 7 Item in servitutibus, si fructifera sint.
- 8 Deinde in bonis que sunt communia pluribus.

Quoad superficiem actum, distinguendum est, si illius
superficiarius habeat plenum dominium, eo quod em-
ptione, donatione, legato, vel alia simili causa abique vlla
annua prestatione, vel recognitionis obligatione illam
comparauerit, poterit in ea censum releuare, & consignare,
quia hinc superficies liberum est eam superficie pro ut sibi
placuerit alienare. Sicuti ex Valasco, de iure employent. q. 3. j.
n. 2. notat Auendaño de censib. Hispan. cap. 69. n. 3. Si autem
superficiarius superficiem dominium tantum vtile habeat, eo
quod superficies concessa sit à domino soli sub obligatione
annue prestationis, recognitioneque domini directi, nequa-
quam censum releuare poterit, quia ad censum reservatum,
vt sape dictum est, & constat ex c. consuetus de religiosis
domb. translatio vtriusque domini vtilis, & directi requiritur:
at illius superficiem superficiarius tantum habet vtile domi-
nium, nam directum remanet apud dominum solium. Ergo in
ea non potest censum releuare, bene tamen poterit censum
consignatum, seu emptiis constituitur interim ac super-
ficies durauerit, quia in ea seruitutem imponere potest leg. 3.
de seruitutib. eamque pignori, & hypothecæ subicere. leg.
greg. 8. & in superficiarius. ff. de pignori. Ergo etiam poterit
in censum consignare. Vt bene aduertit Auendaño d. cap. 69.
num. 6.

Dominus vero soli, in quo est superficies, & diffracta nequit
censum reservatum, nec consignatum realem constituere,
si solum non habeat aliquem fructum, & emolumentum
distinctum à superficie. Quia census realis vt sape dictum
est nequit constitui in re cuius fructus pensioni soluendæ non
sufficiant. Ergo si solum infructuosum est in eo census nec
reservari, nec consignari poterit. Quod à fortiori procedit de
dominio directo superficiem, quippe vt distinctum à dominio
vtili infructuosum est, nisi tantum quoad pensiones annuas,
& recognitiones à superficiario gratiandas, ac proinde quoad
hoc ius optime poterit censum reservatum, & consignatum
constituere.

Quod si de usufructu loquamur, dicendum est usufructu-
arium posse in usufructu non formali, sed materiali hoc
est in iure, & potestate percipiendi commoditates, & vtilitates
ex usufructu censum constituere. Nam esto usufructus
formalis alienari non possit. leg. usufructu. Cod. de usufructu.
& leg. si usufructus. ff. de iure dotium. bene tamen alienari
possunt commoditates illius, ac proinde in eis census consti-
tuitur. Sicuti aliis relatis tradit Felician. lib. 2. de censib. c. 4. n. 2.
& seq. Auendaño c. 7. de censib. Hispan. num. 3.

Dominus autem penes quem dominium directum rei in
usufructum dare residet, nequit censum realem in ea nuda
proprietate constituere ob rationem sape datam, quia nuda
proprietatis fructus, ferre non valet. Quod necessario requisi-
tum est pro census realis solutione. Neque refert quod possit
proprietatem obligare manente usufructu. Vt deciditur leg. 2.
Cod. de usufructu. quia id verum est de obligatione quæ
usufructum non diminuat, qualis esset obligatio regularis
hypothecæ & pignoris. Secus vero est de obligatione quæ
usufructum diminueret, sicuti est obligatio census
realis. Hæc enim etiam conscientie usufructuario per-
ferente integro usufructu contrahi nequit. Vt habetur
leg. si quid. 13. in fine Digest. de usufructu. Vt bene
explicat Auendaño tractat. de censib. Hispan. cap. 70. per
totum.

In usu vero qui proprie usus est nec reservatus, nec con-
signatus census statui potest, quia nec vendi, nec locari, nec
donari, nec vilo modo alienari potest, quia est ius persona-
lissimum personam non egrediens, §. 1. insu. de usu, &
habitat. Secus vero est de usu, qui verè est usufructus, qualis
est usus prati, silvæ, montis, & alterius rei, cuius fructus
usuarius absumere non valet, sed necessario illos vendere,
locare, aut alio modo alienare debet, vt sibi prodesse possint.
Nam eo casu, etsi nomine usus legetur, re tamen ipsa usus-

fructus est. Vt habetur leg. Diuus Adrianus ff. de usu, & habitate,
& leg. fundi. ff. eodem. & aliis, aliàs inutilis esset usus, si de
eo tamquam de usufructu vltimus disponere possit. Vt in
dicta leg. Diuus Adrianus, notatur, & in leg. hoc senatu. leg.
quintum. ff. de usufructu eorum rerum quæ usu consumuntur.
& aduenit Auendaño, t. de censib. Hispan. c. 72.

Super habitatione autem census constitui poterit interim
ac durat, quia est quadam species usufructus alienationi
subiecta. §. sed cum habitatio insit, de usu, & habitate, & leg.
cum antiquitas. ff. de usufructu. & leg. regia. 2. ff. de i. par. 3.

Ex his constat qualiter in seruitutibus tam rusticis quam
urbanis census creari possit. Potest namque constitui si fru-
ctifera sunt, quia vendi, & pignoriari valent, secus si sint in-
fructifera. Vt docuit Barr. in leg. iis qui. §. iura prædiorum. ff.
de pignori. & probat lex sed an via. ff. eodem. Neque obstat
quod in dicta leg. si iis qui. §. iura prædiorum, statutum sit iura
prædiorum pignori non subici, quia id intelligendum est ex
vi seruitutis, secus ex pacto seruituti superueniente, & pro-
pter vtilitatem contrahentium; vel intelligi debet quoad ius
seruitutis formalis, non quoad commoditates proueniens
ex seruitute, vt de usufructu dictum est, & latius tradit Auendaño
tract. de censib. c. 73. per totum.

Tandem in bonis que sunt pluribus communia census
constitui poterit etiam à singulis quoad commoditatem, in-
quam, quam quilibet ex ea re communi percipere valet, vt
colligitur ex l. falso. Cod. de commun. alienat. l. vnic. C. de com-
munis res pignori data si sit leg. sed & quod eas. ff. de pignori. leg.
an dissonum. Cod. de iure dotium. Quia secundum hanc con-
siderationem nemini sociorum in hac constituto. o. e. census,
prædicatur. Si enim res communiter vendi, pignoriari, aut
alienari ea in parte potest, cur non census subici. Neque ob-
stat rem communem non posse seruituti subici. leg. 2. ff. de
seruitutib. l. vni. vni. ex dominis communium adium seruituti
imponere non potest, quia id intelligitur cum prædictio alterius
socij. Præterquam quod census constituto non est seruitus, ta-
meti seruitutem in pluribus imitetur. Vt latè prosequitur
Auendaño d. tract. de censib. cap. 74. per totum. & Felician. lib. 2.
de censib. cap. 4. num. 2. & seq.

§. VII.

An in bonis constante matrimonio quæsitus, & in
fundo dotali census constitui à marito, vel
uxore, vel ab eisdem simul possit?

- 1 Quid sit certum?
- 2 Vxor constante matrimonio nequit in suis bonis dotali-
bus, neque in medietate acquisitionum censum consti-
tuere.
- 3 Bene potest maritus in his omnibus pro tempore matrimonij
censum creare.
- 4 Fundus dotalis inestimatus nequit à marito in censum
dari.
- 5 Bene tamen consentiente muliere.
- 6 Si fundus dotalis estimatus fuerit bene poterit in censum à
marito dari.
- 7 Sed an in perpetuum? Aliqui affirmant.
- 8 Verius est solum pro tempore matrimonij posse.

Non est dubium ab utroque simul creati posse censum,
cum vterque omnium suorum bonorum dominium, &
administrationem habeat. Neque etiam est dubium non posse
uxorem in bonis marito competentibus abique illius licentia
censum constituere, quia esset constituto in re aliena, & cuius
ipsa administrationem non habet.

Quare difficultas est. An vxor possit illis in euentibus, in
quibus per leges absque licentia mariti contrahere permit-
tur census in bonis dotalibus, & in medietate durante ma-
trimonio acquisitionum constituere, & similiter maritus possit
absque licentia vxoris in bonis dotalibus, & in medietate bo-
norum acquisitionum vxori competente censum consignare.
Ratio difficultatis ex parte vxoris sumitur ex dominio, quod
in illa bona habet, ex parte vero mariti ex eo quod illorum
bonorum dominus non sit, sed solum administrator.

Ceterum omnino dicendum vxorem constante matrimo-
nio non posse in suis bonis dotalibus, neq; in medietate bo-
norum acquisitionum censum constituere. Nam esto domina
sit illorum bonorum, vt communiter Doctores tradunt, teste
Covarrua. 3. var. c. 19. n. 2. Anton. Gomez leg. 53. Tauri. num.
56. & leg. 77. num. 6. Ioann. Gutier. in pract. q. 118. tametsi
plures contrarium sentiant. Vt videre est in Tello Fernandez,
leg. 16. Tauri. n. 14. at tamen illorum administratio ei inter-
dicta est, & marito ad iudicanda. Sed ad censum constitutionem
vera bonorum administratio requiritur, vt ad censum patet.
Ergo vxor nequit censum in bonis quorum dominium habet
durante matrimonio constituere. Vt resoluit Auendaño, tract.
de censib. Hispan. cap. 85. n. 6.

Et 4

Et contra

3. Econtra vero existimo cum ipso Auendaño, *num. 8.* & Feliciano *lib. 2. de censib. c. 2. n. 22.* maritum posse in bonis omnibus durante matrimonio quæsitum censum consignare, quia ad hæc consignationem præstandam satis videtur esse administrandi, alienandique facultas quæ ei competit, ex qua facultate omnes alienationes subsistunt. Quod si aliqua fuerint noxiæ poterit vxor coram Iudice interdictionem in futurum alienandi obtinere, vt sequentes alienationes irritentur ac præcedentes validæ permanebunt.

4. Quod si de fundo dotali inæstimato, vel æstimato, æstimatione quæ non faciat emptionem loquamur, certum est non posse à marito in censum reservatum, aut consignatum tradi, quia illius non habet dominium. *leg. 1. Cod. de fundo dotali. §. 1. in fin. quibus alienare licet, vel non. & aliis.* Nam esto illius habeat administrationem, restrictam tamen, ita vt necque alienare, aut hypothecare, aut pignori dare possit. *leg. 1. §. dotale prædium. ff. de fundo dotali. leg. unica. §. cum lex Cod. de rei uxoris actione. Authent. siue à me Cod. Ad Felicianum.* Quare si de factò prædictum fundum in censum dederit, vxor poterit aduersus eam dationem vt pote inualidam pugnare in iudicio. Sicuti ex communi omnium sententia tradunt in præsentia Felician. *lib. 2. de censib. capit. 3. numero 13.* Auendaño *tract. de censib. Hispan. capit. 79. numero 8. & 9.* Interim autem ac mulier non declarauerit sustinebitur census constitutio. Vt tradiderunt Guillelm. Rodoan. *tract. de reb. Ecclesiast. titul. de constitut. annui census. quest. 17. numero 10.* Foller. in *praxi censuali. verbo huiusmodi numero 22.* & consentit Auendaño, *dict. capit. 79. num. 8. in fine.*

5. Verum consentiente muliere prædictæ census consignationi, & contractum iuramento firmante iuxta *capit. cum contingat. de iurando. & cap. licet mulieres eodem titul. lib. 6.* constitutio firma erit, ita vt dissoluto matrimonio reclamare non poterit, vt Felician. & Auendaño *loc. cit. ex communi sententia aduertunt.* Solus autem mulieris consensus absque iuramento infirmus erit. Vt colligitur ex *dict. capit. cum contingat. & cap. licet mulieres, & ex his quæ ibi Doctores notant.*

6. Porro, si loquamur de fundo dotali æstimato æstimatione quæ facit emptionem iuxta *leg. si inter. Cod. de iure dotium.* Verius existimo posse maritum siue in censum reservatum, siue consignatum prædictum fundum dotalem concedere durante vita vxoris, nam ea durante ad maritum pleno iure fundus ille pertinere videtur, sicuti si pretio emisset, aliis inutilis esset æstimatio. Ergo potest fundum illum censui & hypothecæ subicere absque reuocationis timore. Sic Felician. & Auendaño *supra.*

7. Sed an in perpetuum possit maritus fundum dotalem æstimatum æstimatione quæ facit emptionem in censum dare? non conueniunt Doctores. Nam Felician. *lib. 2. c. 3. num. 13.* indicat posse, eo quod illius fundi dotalis plenum dominium, & administrationem habeat, liberæque alienare possit. iuxta *leg. quoties. Cod. de iure dotium. leg. plerumque ff. eodem leg. æstimata. ff. soluto matrimonio. leg. regia. 7. 16. & 18. titul. 11. particul. 4.* Alias frustra ea esset fundi dotalis æstimatio, nam seclusa æstimatione potest maritus constante matrimonio fundum dotalem alienare, aut seruituti subicere. Neque hæc facultas alienandi dorem æstimatam quæ in dictis legibus conceditur vllibi restringitur pro tempore matrimonij. Nam licet in *lin. rebus. C. de iure dor. dictum sit in rebus dotabilibus siue mobilibus, siue immobilibus, si tamen extant, siue æstimata, siue in æstimata sunt mulierem in his vendicandis omnem habere posse dissolutionem matrimonij prerogatiuum. Et neminem creditorum mariti, qui anteriores sunt posse sibi potiorum causam in his per hypothecam vendicare.* Non inde inferat non posse maritum in perpetuum fundum dotalem æstimatum æstimatione quæ facit emptionem alienare, & hypothecare. Nam prædictus textus *leg. in rebus intelligendus est de fundo dotali inæstimato vel æstimato æstimatione, quæ non facit emptionem, de qua latè Couarrou. pract. quest. cap. 28. post. med. non autem de fundo dotali æstimato æstimatione quæ facit emptionem, hic enim fundus liberè permittitur marito alienari, & consequenter super eum censum consignare, ac si verè emptus esset.*

8. Nihilominus verius censo solum pro tempore matrimonij valide, & firmiter censum consignare in fundo dotali æstimato maritum posse, finiri tamen matrimonio dissoluto. Sic latè comprobatur Auendaño *tract. de censib. cap. 79. num. 6. & que in finem capitul. Fundamentum desumitur ex leg. in rebus. Cod. de iure dotium, vbi soluto matrimonio conceditur vxori res dotales siue æstimatas siue inæstimatas vendicare cum creditorum omnium prælatione, quia in eius dominio naturaliter permanerunt, ideoque privilegio prælationis non indigent, sed tanquam quod suum est occupare potest, iuxta Authent. vt exactione instantis dotis. §. is igitur collat. 7.* Neque satisfaciunt, si dicas id solum intelligendum esse de rebus dotalibus æstimatis æstimatione quæ non facit emptionem, siquidem illarum rerum vendicationem concedit,

quæ facit emptionem, nam harum maritus dominium habet.

Non inquam satisfaciunt, nam dominium, quod rerum dotalium æstimatarum æstimatione quæ facit emptionem marito competit, est dominium infirmum, & reuocabile, eaque de causa soluto matrimonio vxori reuertitur, nam censetur semper in ea permanisse. Adde ex *gloss. in d. leg. in rebus. verbo æstimata* & communiter recepta: Accursio *ibi.* Anton. Gomez. *leg. 10. Tauri. num. 44.* Couarrou. *pract. qq. cap. 28. numero 8.* Petro Barbosa, in *leg. æstimatis, numero 16. ff. soluto matrimonio.* & aliis, vxorem dissoluto matrimonio vendicare res dotales æstimatione quæ facit emptionem possessi hæredes mariti non sunt soluendo. Ergo etiam id poterit tamen soluendo fieri. Nam causa ob quam hæc vendicatio conceditur, est quia in eius dominio res dotales permanent; quæ ratio aequè probat siue maritus mortuus diues sit, siue pauper. Et licet in *leg. quoties. Cod. de iure dotium, & leg. inter. Cod. de usufructu.* decidatur rebus dotalibus æstimatis satisfieri reddendo æstimationem matrimonio dissoluto, id intelligendum est, cum matrimonium dissoluitur per mortem vxoris, & illius hæredes ad recuperandam dotem agunt: iis enim plenè satisfacta æstimatione reddita. Secus verò dicendum est, cum matrimonium dissoluitur per mortem viri, & mulier ad recuperandam dotis agit, quia tunc agit rei vindicatione, ac proinde æstimatione non fit illi satis.

§. VIII.

Quo pacto in bonis profectitiis, aduentitiis, & castrensibus census creati possint tum à parente, tum à filiis?

1. Filius nequit in bonis aliis, præter castrensia.
2. Econtra pater in omnibus præter castrensia potest censum constituere.

Filius nequaquam potest in bonis profectitiis, aut aduentitiis censum reservatum, aut consignatum creare, bene tamen in bonis castrensibus. Et quidem quod non possit in bonis profectitiis manifestum est, cum bona profectitia patris sint, & ad patrem tam quoad dominium, quam quoad vsum fructum pertineant, censuque ex rebus alienis nequit constitui. Ob eandem rationem nequit cum constituere ex bonis aduentitiis, nam esto hæc bona ipsi competat quoad dominium, ac patri competat quoad vsum fructum, sublatò autem vsum fructum proprietatis inuoluta est, & inepta census creationi. Præterquam quod horum alienatio filius interdicitur, *leg. fin. §. filius autem. Cod. de bonis quæ liberis.* In bonis autem castrensibus, aut quasi optime potest filius censum reservatum, vel emptionem configurare. Nam hæc bona suæ dispositioni plenè subiecta sunt. *lin. israel. Cod. de Episcopis, & Clericis.* Ergo nulla est causa ob quam in eis census creati non possint. Atque ita resoluit Auendaño, *tract. de censib. c. 80. per totum.*

Econtra pater in bonis castrensibus, aut quasi castrensibus filij nequit censum vllum creare, cum suæ dispositioni non subiciantur, bene tamen in bonis profectitiis, quorum ipse dominium, & vsum fructum habet. In bonis verò aduentitiis esto non habeat dominium, habet tamen administrationem, & vsum fructum, & sic in iure fructus, & commoditatis percipiendæ bene poterit censum fundare. In ipsis tamen rebus aduentitiis non nisi vigenissima causa, quia aliâ parenti prohibita est ipsorum alienatio. *leg. fin. Cod. de reb. alien. non alienand. Quinimò si filius emancipatus est, & ipse pater illius est tutor, curator, aut administrator causa alienationis, & creationis census probari debet à Iudice. leg. tertio Codice de præditi minor. leg. si pupillorum. §. si pater, de rebus eorum.* Vt latius hæc prosequitur Auendaño, *tract. de censib. Hispania. cap. 80.*

§. IX.

Qualiter ex bonis Ecclesiasticis, aut ad Ecclesiasticas personas pertinentibus census creati possint?

1. Seruanda sunt conditiones pro alienatione rerum Ecclesiasticarum requisite.
2. In bonis fraternitatum si non sint Ecclesiastica seruanda sunt conditiones præscriptæ.
3. Bona priuata Ecclesiasticarum personarum bene possunt censui subiciri.
4. Super fructibus beneficij constituitur census ad vnum partem. Quæ